



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Ivstitia Et, Ivs. Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum
Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus
Onerosis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularis, de
Quasi-Contractibus, & nonnullis Innominatis

Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663

Illvst[rissi]mo D. D. Francisco De Feloaga Regio Senatori, Et in Regio
Vallistani Consilio Præsidi, ac Visitatori. Antonivs De Excobar & Mendoza
Societatis Iesv, perpetuam felicitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80681](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80681)



ILLVST.^{MO} D. D. FRANCISCO
DE FELOAGA

REGIO SENATORI,
ET IN REGIO VALLISTANI
Consilio Præsidi, ac Visitatori.

ANTONIUS DE ESCOBAR
& Mendoza Societatis IESV,
perpetuam felicitatem.



PORTVNE cecinit Græcus ille Me-
nander, *Felix domus, ubi ex sapien-*
te plurimorum natorum patre vel
vnus filius prodit, ad patris fratrum-
que reliquorum ornamentum. Hac
felicitate potita est Patriarchæ Iacobi domus, si-
quidem plurium filiorum parens de vno sapien-
te gloriatur. Dilexit enim specialissimè Ioséphū,
eo quod in seruitu te genuisset eum. Alij transf-
ferunt ex Hebræo, *Eo quod filius esset sapiens si-*
bi. Si vnus filios sapiens felicem reddidit Iacobi
familiam: quanta fecilitatē tui sapientissimi Pa-
rentes toto orbe celeberrimi domus fruetur, in
ā 2 qua

ESCOBAR
Theob. Mor.
Tom. VIIII
F. IV

qua tres filij de sapientiæ maioratu decertant:
Clarissimi fratres tui D.D. Antonius, & D.D.
Hieronymus de Feloaga gemelli ex vtero pro-
diere: in quo necessarium non fuit, instar Iacob
& Esau pro sapientiæ maioratu decertare: ambo
enim æque sapientissimi futuri ad lucem prope-
rarunt. Antonius Regium Vallisoletanum Tri-
bunal perspicuitatis ingenij fulgore complens,
Matritum remeavit, vbi Regium Consilium
De Hacienda & de Indias magna omnium com-
mendatione iniuit: æquo (heu) dolore tanta lux
breui læti tenebris obnubilatur: attamen, quia
lux sapientiæ non moritur, post nonnullas tanti
viri lucubrationes, queis potimur, citò egregio
de variis quæstionibus integro eruditissimo Vo-
lumine potiemur. Profecto ad D.D. Hierony-
mi de Feloaga sapientiam commendandam, mea
debilis vox erit inutilis, quando totius Regni Na-
uarræ, in cuius Regio Tribunali egregium admo-
dum agit senatorem, plausu percelebri audien-
da non erit.

Iam verò ad Te, ILLVSTRISIME PRÆSES,
Mecænatem meum tota redeat oratio. Vix tuam
pauca fulgentissimā, vberimamque sapientiam
describam? Polycletus Libro illi, quo sculpendi
præcepta omnia accuratè tradidit, Effigiem simu-
lachri numeris omnibus absoluti scientissimè
præfigendam curauit: nimirum vt exemplo do-
ceret, oculisque subiceret, quidquid esset longiore
sermone

sermone traditurus. Tui ipsius imaginem Tu Ti-
bi exprimendam proposuisti, & talem Te osten-
tas, vt non iam sapiens, sed sapientia ipsa esse vi-
dearis. Perfectum Ministrum Rex Theodori-
cus gestiebat inuenire: qualis autem is deberet
esse Cassiodorus exponit lib.5. Epist.40. *Di-
trutinandus est, cui traduntur examina: talisque
debet à principio eligi, qualis ab ipsa lege potest
dictari.* Silex ipsa dictare velit Regium Mini-
strum, qui sit *Pax populorum* (verbis vtor D.Cy-
priani) *tutamen Regni, immunitas plebis, muni-
mentum gentis, prauorum supplicium, cura languo-
rum, gaudium bonorum, diuinitum frænum, paupe-
rum solatium, &c.* certum est ad Te alacrem esse
venturum. Multa in Te fortunæ, multa naturæ
ornamenta suspicio; naturæ tamen, fortunæque
amplitudo generis ab auis a tauisque deriuata, sa-
pientiæ (matri virtutis & integritatis) qua ad in-
gentia munera obeunda proueheris, summè om-
nia promeritus, ancillantur. Testis mihi, & lu-
culentus, Matritum, vbi supremum Regium
Tribunal semper de tanto Ministro gloriabitur.
Testis Vallisoletum, vbi Regij Senatus clarissimi
Præsidem, & Visitatorem agis, quanto omnium
plausu, quanta bonorum exultatione ac prauo-
rum formidine, quanta Iustitiæ gloria munus
exeris. Profectò Tua nobilitas, sapientia Tuâ
agnato rutilabat in fonte, non egebat Officiis, vt
eius pretium commendabile ostenderetur. At-

ã 3 tamen

ELSCOBAR
Theob. Mar.
T. m. VII. II.
E. IV.

tamen bellè Cassiodorus citatus aiebat : Gem-
marum diuites venæ auri fulgore pretiantur, &
gloriam pulchritudinis capiunt. Sic bona merita
Nobilitatis, & sapientiæ si splendidis Dignitati-
bus socientur, alterius adiuvantur præconiis, &
cuius facies rei, de addita sibi venustate pulchre scit.

Enimverò sicut Tibi vt sapientissimus euade-
res sapientiam ipsam exemplar obiecisti, & in
ipsam quodammodo conuersus es sapientiam:
haud alter ego scripturum Moralia ex materia
de Iustitia ex iure Problemata, ne aberrem, Po-
lycletum imitatus, Te sapientissimum, Te ipsum
Ius Ciuile & Canonicum monti proposui. Vti-
nam consecutus sim exemplar in aliquo æmula-
ri. Attamen illud saltem consequar, vt de obliga-
tione Magistri Discipuli errata dissimules, & à
calumniantium ore pro Tua benignate Opuscu-
lum consecratum Tibi defendas. Vale, & æter-
num viue.

Facultas